

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Incarnatio g
cum fonte primo

Vultis, inquit, eius saltus agnoscere?
De celo uenit in uterum,
de utero uenit in presepium,
de presepio uenit in crucem,
de cruce uenit in sepulcrum,
et de sepulcro rediit in celum.

Gregorius omelia XXIX. tractans
illud Canticorum II.: Ecce uenit saliens
in montibus.

Vultis, fratres carissimi, ipsos eius saltus agnoscere?
De caelo uenit in uterum,
de utero uenit in praesepe,
de praesepe uenit in crucem,
de cruce uenit in sepulcrum,
de sepulcro rediit in caelum.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 29.10
(CCSL 141, R. Étaix ed., pp.253-4, ll.231-234).